Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Malus bonus ubi se simulat pessimus est.
Frontinus libro primo ca. ix. Pompeius recuperato ab exercitu Mediolanum senatu ne tumultus moveret si solos evocasset nocentes mixtos eis qui ex delictis erant venire iussit. Ita et noxii minore animi metus quia non segregati [illegible] quia non ex eorum culpe videbant accersiri [illegible], et illi qui erant integra conscientia custodiendis quoque nocentibus attenderent ne illorum fuga [illegible].
Vegetius de re militari libro iii. ti. iii. Frequentius conventiones pacis simulatio credulis nocuere quam arma.
Valerius maximus libro vii. ti. sapienter dicta aut facta. Tusculanis [illegible] civitas parata est. Cum enim crebris rebellationibus meruisset ut earum urbes funditus romani evellere vellet, atque ad id exequendum furius camillus maximus dux validissimo instructus exercitu venisset universi et cognati obviam processerunt commeatus et pacis munera benignissime prebuerunt armati et pace [illegible] nec vultu nec habitu mutato. Qua constantia tranquillitas non solum ad amicitiam romanorum sed et ad civitatem romane civitatis usque penetravit. Sagaci herede usi simplicitate quam aptius esse intellexerunt metum officio dissimulare quam armis protegere.
Autor libri de formula honeste vite ca. iiii. Non tibi affingas quod non es, nec quod es magis quam es velis videri.
Cato. ca. i.
Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus. Tu quoque fac simile. sic ars deluditur arte.
Idem. ca. iii.
Insipiens esto cum tempus postulat aut res.
Isidorus in Sinonomia soliloquiorum lib. ii. ca. 34. Prebe affectum sine simulatione. Sine fuco exhibe bonitatem.
Cassiodorus de amicitia ca. xxviii. Simulatio fideique et assentatio due virulentissime peste sunt, que paulatim semper ab amicitia relegentur.
Versificator fabularum esopi fa. lxiii. 2a. Pacis amatorem simulat se perfidus hostis. Cautus ut ut inimicus exitiale ferat.

De apparentia et existentia et ypocrisi ca. vi.

Job ystoria ca. viii. Spes ypocrite peribit. Idem. x. Gaudium ypocrite ad instar [illegible].
Idem ca. xxxiiii. Qui regnare facit ypocritam propter peccata populi.
Yhesus filius Sirach in Ecclesiastico ca. i. Non fueris ypocrita in conspectu hominum. Ibidem. ca. xxxvii. Qui sophistice loquitur odibilis est.
Oratius in poetria.
Ut pictura poesis erit que si propius stes
Te capiet magis et si tu longius abstes.
Hec amat obscurum volet hec sub luce videri,
Iudicis argutum que non formidat acumen.
Hec placuit semel hec decies repetita placebit.
Ovidius de tristibus libro v. epistola v.
Tu tamen ut possis falso quoque pellere culpe
Omnia que non es ne videare cave.
Matheus in Evangelio ca. vi. Cum oratis non eritis sicut ypocrite qui in Sinagogis et angulis platearum stantes orant. Idem vii. ca. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium.
Seneca in proverbiis. Bonus mea opinio noceat (?).
Valerius maximus libro vii. ti. sapienter dicta aut facta. Socrates expeditam ut compendiariam viam eos ad gloriam pervenire dicebat qui id agerent ut quales videri vellent tales et essent.
Autor libri de formula honeste vite ca. ii. Dignitatem rebus non opinione multorum sed earum natura constitues. Sunt que non videntur bona et sunt et que videntur non sunt. Non omne quod visibile est stat et verum est, sicut et sepius. Quod primum incredibile videtur non continuo falsum. Crebro siquidem faciem mendacii veritas tenet et crebro mendacium facie veritatis occultat.
Ambrosius de officiis libro ii. ca. xviii. Quales haberi volumus tales et simus.
Isidorus in Sinonomia soliloquiorum libro ii. ca. xxvii. Esse magis bonus quam videri stude. Qualis haberi vis talis esto.
Henricus samariensis libro primo parte ii.
Qui gravis hic labor et quam magna iniuria mentis nosse vera cognitione bonos.
Sepe bonos mendax mentitur opinio pravos.
Atque eius pulchrit ipsa malos.
Omnis quam multo volucris plumescit amictu
Non est si simulet vera columba tamen.
Sepe sub agnina latet hyrcus pelle lycaon
Subque catone pio perfidus ille nero.
Multos vides qui falsis circundata figuris
Que se longe alter quam videant habent.